



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

De Eadem Nativitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

pastorali habitu, cum bacillo, stans in medio campi sollicitus: quæro quid sit rei? ait se missum à Patre ad quærendam oviculam quæ domo illius profugit, neque se rediturum nisi eam repertam, sed, repono, mi Puella non est tanti ovis ut tuum periculum, in vadent te feræ, &c. Præsertim si Pater tuus habet alias oves. Ait ille, & Pater adhuc habet 99. Oves, & hanc unam perditam nisi reperero, non redibo, invadant me sanè omnes feræ, non curo, ita illam ovem amat meus Pater, ut propter illam me quodvis jussit periculum subire. Sed si, inquam, ovis tibi rursus fugerit; rursus ait ille quæram, &c. Castigabis ne illam quæro, ubi repereris? imò ait, illam osculabor & in humeros meos imponam. Quid verò de illa statuet Pater, ubi eam retuleris? Pater meus, ait tantum illam conspexerit, occurret, curabit convivium instrui, &c. Ecce habetis Puerum in cunis qui de coelo venit ad quærendam ovem, &c.

### De Eadem Nativitate.

**R**egnabit in domo Jacob. Bern. serm. 3. super Missus. *Quis Rex nobis est qui juxta interpretationem nominis Jacob, supplantet diabolum de corde suo, lucretur cum vitiis, &c. Sed regnet in eo JESUS.* Hoc prævidebat regnum ipse Jacob cum diceret Gen. 49. *Salutare tuum expectabo Domine* Greg. in Ezech. hom. 4. *Quod salutare dicimus Latine, hoc verbo Hebraico JESUS dicitur.* Pf. 84. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam & salutare tuum da nobis.* Sed licet etiam à domo Jacob defecerimus, adhuc nobis Salvator nascitur. Bern. in Cantic. serm. 35. *Agnosce o bos possessorem tuum, & tu o asine præsepe Domini tui, cognosce pecus quem non cognovisti homo adora in stabulo quem non cognovisti in paradiso, &c. Comede fenum quem panem, & panem Angelorum non cognovisti.* Et tibi qui per tuos mores factus es ju-  
A 3
mentum

mentum nascitur Christus. Zach. 13. *In die illa erit fons patens domus David habitantibus Jerusalem, in oblacionem peccatoris & mustruata.* De quo Greg. lib. 2. in Ezech. hom. 20. *Fons quippe occultus Unigenitus Patris invisibilis DEUS fons verò patens est idem DEUS incarnatus qui fons rectè dicitur domus David, quia ex David genere noster ad nos Dominus processit, &c. Cur igitur pigri sumus? Cur torpentes & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantum jam se lavasse cognoscimus? Factus fœnum pro jumentis dum factus est caro. Isai. 40. Omnis caro fœnum. Ipse erit Jacob pro nobis, luctabitur cum nostris Adversariis Isai. 15. Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis salvatorem & propugnatorem qui liberet eos. Et non tantum luctatus cum nostro Adversario sed illum cepit. Greg. Moral. 33. c. 9. Behemoth in hamo Incarnationis captus, quia dum in illo appetit escam corporis transfixus est jaculo Divinitatis. Nam cum dicitur Mach. 1. Abraham genuit Isaac, &c. Quodam quasi linea, torquetur, in cuius extremo Incarnatus Dominus, id est, hamus iste ligaretur, quem in aquis humani generis dependentem aperto ore iste cœtus appeteret.*

### In Festo SS. Innocentium.

**O**Mni modo laborabat dæmon ut redemptionem mundi impediret. Et primò per Pharaonem aggressus perdere gentem de qua nasciturus erat Salvator, & effecit ut Pharo juberet submergi omnes Judæorum Masculos Exod. 1. sed non perfecit, quia Moyfes eduxit populum. Deinde incitavit Aman Esther 7. ut eandem gentem perderet, sed obstitit Esther. Deinde conatur saltem illam domum perdere in qua erat nasciturus, & usus ad hoc 4. Reg. 11. Attalia impiâ, servatus est tamen Joas qui domum illam fuscitavit. Versus iterum contra totam gentem 1. Machab. 2. sed Sap. 32. *Non est sapientis, non*